

# BVLLA NOVA

& Amplissima quā Sanctissim<sup>9</sup> dñs n<sup>r</sup> Clemens Papa vñ.  
nup concessit in fauorē expeditionis cōtra Thurcas, nunc  
iterū parātes venire in Austriā ac deīn in totā Christianita  
(tem.

**I**N NOMINE DOMINI AMEN, Nouerint  
vniuersi & singuli presentes litteras seu hoc pub  
licum instrumētū inspecturi pariter & audituri,  
Nos Ioannem Carondeletū Dei & Apostolicæ  
sedis gratia archiepiscopum Panormitanū &c. certas lras  
sanctiss. in Christo patris dñi n<sup>r</sup>i Dñi Clementis diuina p ui  
dencia papę septimi, eius vero bulla plumbea in cordula se  
ricea appenden more Romanę Curie expeditas nobis co  
ram Notarijs & testib. ifrascriptis exhibitas & presentatas  
& ea qua decuit reuerētia recepisse, quarū tenor de verbo  
ad verbum sequitur & est talis. CLEMENS Epūs  
seru<sup>9</sup> seruorū dei, Ad futurā rei memoriā. Quū superiori  
anno tā ex litteris Charissimi in Christo filij n<sup>r</sup>i Ferdinādi  
Hungarię regis illustriss. q̄ ex relatiōe dilecti filij nobis vi  
ri Andreæ de Burgo sui ad nos oratoris destinati cognos  
uissim<sup>9</sup> imanissimū Turcharū tirānū cū in numero pene ex  
ercitu ingentiq̄ tormentoz & bellicoz apparatu ad regnū  
Hūgarię iterū occupandū festinare, vt eo denuo ī potesta  
tē redactō reliquas Christianę reipub. ptes facili<sup>9</sup> subigere  
ac sanctissimū Christi nomē sibi tā opere iuisum funditus  
delere posset. Nos tā infausti nūtrj acerbitate pculsi, regnū  
illud firmissimum oli religiōis n<sup>r</sup>e p̄sidiū, & munimentū  
ab iminenti clade eripere cupientes, illico eundem regē oī  
agendi scribendiq̄ officio adhortari non destitim<sup>9</sup>. vt irru  
enti solimāno obuiā iret, nec solū ditiōis suę loca ab oī cala  
mitate tueri, sed etiā si vlla occasio rei bñgerendę affulge  
ret cū vniuersa Turcharū acie collatis signis man<sup>9</sup> cōsere  
vellet, vtq̄ ipm ad tā piā & p̄necessariā puinciā obeūdā oī  
qua licuit ope alacriorē istructiorēq̄ redderem<sup>9</sup> quādā pe

A i

Clem VII

emiarū summā quā p rerū tēporū angustijs vna cū vno  
rabilib' frībus nris scē r omanæ ecclē Cardinalib' cōtrahe  
re potuim' ei suppeditauim'. Insup p nuntiū & oratorē no  
strū hui' rei grā illuc destinātū cruciatā oibus aduersus xpī  
hostes arma sumētib' promulgādā cū cæteris gratijs spūa  
libus ei cōcessim', sed ob repētīnū Turcharū aduētū qui in  
regnū illud iā antea lacerū & exangue efferataz more ty  
griū irruerunt. Nunti' nī nec illuc idoneū ad tēp' accedere  
nec mūere sibi demādato tēpestiue fungi potuit, itaq; seuis  
sim' ille tyrānus inextinguibili xpīani cruoris hauriēdi si  
ei ardēs Hungariā vi bellica & armorū terrore pculsa; de  
iñ ferro igneq; vastatā in erūnosissimā redegit seruitutez  
nec tot cedib' totve cadauerib' adhuc saginat' ei' impet'  
ad vltiora se diffudit, & aqua p saū & Danubiū velocif  
simis nautis quos Nazadistas vocāt aduectus tricētis arma  
toz milib' p vtrāq; danubij ripā iter ei' comitantib. cū in  
numeris camelis, oī machinarū ac impedimētoz gñe omi  
sis in Austriā Styriā & corinthiā se diffudit, ac velut p fra  
cto magni flumis aggere nulla mole nullisq; obicib' retēt'  
ruina & sanguis pfluuiū oīa cōpleuit cū vniuerso agmine  
circūquaq; libere vagat', multis captiuoz milib' cū ingēti  
pda procul abactis cuncta luēt' plena & squalloris reddidit  
passim vastati agri lacere nobiliū dom' incole oēs pallātes  
in fugā versi & ab ea inter clamores miserabilesq; eiulatus  
ab hoste ad suppliciu retracti quū turcica illa pestis p oēm  
sexū p oēm etatē passim debaccharet occisi senes infātes  
in cunis trucidati pueri parietibus illisi virgines inquinatē.  
Matrone pntib' maritis misereq; spectare coactis flagitios  
sissime cōstupratē maxia viroz ephēbozq; pars crudeli  
ter occisa reliqui quib' barbar' ensis nō tā pepercit q̄ ad ma  
iore penā referuauit cathenis coniectis humo raptati quos  
credibile ē si p cathenas man' ad cælū tollere potuerūt a sū  
mo deo nō mortē q̄ i tātis malis remediū ē. sed extremos  
cruciatos eē de pcatos. Nōdū tñ tot cedib' vastationibus ac  
ruinis ei' rabie satiata Viēnā Austrię caput tot regū & ipe  
ratorū patriā vbi nati alti educati & ad summū rez fastigiū

ut euecti sūt durissima obsidiōe cinxit in eaq; expugnā  
da intēgrū ad mēsem pleuerās assiduis bombardaz icrib'  
cuniculoz suffossioib' balistis catapultis, alijsq; id gen' arti  
ficijs, vrbe turrez ac propugnacula, cōcutere & labefactare  
nūq; omisit, & ne quid sceleris & immanitatis intentatū re  
liqueret dū vrbis mœnia obsidiōe pmit atq; alias sup alias  
clades miseris illis obsessis ingerit expeditissimos pedites  
cū equatu leuis armaturę circūquaq; populabūdos immi  
sit, qui ad spaciū triginta germanicoz miliarium iōge la  
teq; crassati adeo cedib' & rapinis oīa cōplerūt vt non mō  
pecoris & iumētorū sed etiā fideliū xpīanoz cadaueribus  
viē oēs & semitę eēt refertę. Nihilomin' ciuitas vineis, &  
aggerib' circūsepta. Indies magis magisq; obsidione pme  
bat cū ingēti obsessoz cede & exitio, nec iā pcul aberat ab  
interitu qd' nisi rex Ferdinād' heroica, quadā virtute, exi  
miaz animi magnitudie imanissimo illi tyrāno Immo bel  
luę poti' efferatissime sese opposuisset & auxilijs ex Ger  
manię pncipib' ac regni Bohe. pplis qui ei' ditiōi parēt vni  
diz accersitis ex turchaz faucib' vrbe iāiā periturā eripu  
isset de austria reliquaq; germania actū erat cætereq; xpīa  
nē religiōis puincię in extremū discrimen deuenissent, sed  
Ferdinādi virtute ac felicitate effectū ē vt turchaz tyrān'  
vna cū vayuoda reb' infectis obsidiōeq; soluta referre pe  
dē, & q̄ lōgissime abire, & q̄ in hūgaria occupauerat relinq  
re coact' sit, rexq; ip̄e nō min' diuina ope q̄ militū viribus  
adiutus. Budā regni caput, & alia pleraq; castella atq; mūi  
cipia, q̄ hostes firmissimis p̄sidijs occuparāt i p̄sina liber  
tatē vidicauit, sed licet secūdistima fortūa vsus sit, primū  
q; xpīanoz pncipū docuerit turchas nris armis vici posse  
magnis tñ difficultatib' ad p̄nsē circūuent' q̄ nec exercitū  
tā floridū & valētē dissoluere audeat quū seuisim' ille ty  
rān' adueniēte vere Hūg. regnū maiorib' et copijs se inua  
surcōminēt, nec sū magna pecuniarū vi illū retinere sustē  
tareq; possit. Nos vigi' more pastoris tāq; ex altissima specu  
la ituetes vt oīa xpīane reip, mēbra collapsa & fere p̄strata  
inceāt, eo ardēt' gregi custodię nre cōmissio cōsulere cupi  
m' quo ferociss. idēq; potētiss. hostis, i nos acri' debacchat,

& dirā suā funestamq; Tirannidem indies magis magisq; propagare nō cessat, qui vt Asiā taceamus quę tota Mahomethe seruit in Europa a mari euxino quicquid iacet inter Danubiū & Dalmatiā vsq; ad alpes quibus Italia a superiori Pannonia separatur teterrimo perimitu dominatu, nec alius quisq; ex hoīm memoria vnq; extitit qui tāto terrore ac formidine vniuersū prope terrarū Orbē cōpleuerit, ab eo iā pridē illud acerbissimū vulnus accepim⁹, qđ amissis Taurino atq; Rhodo in visceribus Christianę religiōis altius incedit, & nunc in itima Europę penetralia irrūpere festinat spurcissimiq; Maumethę tēpla sacraq; vbiq; locare nisi forte credamus eū deinceps quieturū & a Christiano sanguine cruentas manus reuocaturū, fallitur profecto si quis id credit. Lupus quo plus rapit eo fit efficacior, & qui dñandi Libidine imperij fines excessit sui, nūq; alieno pōt esse cōtētus an arbitramur insatiabilē tyrannū qui in Hungariā & Germaniā id est in nrā pręcordia gladiū nup̄ adegit aīo vastū pręhīs assuetū auro abūdantē dñandi cupiditate inflāmatū tumidū cursu victoriarū, arma depositur, nisi aut vict⁹ aut oīm victor euadat proxima illi quęq; victoria gradus ē sequētis, & eo magis impetū corroborat perpetrādi sceleris quo magis quiescere videtur. Quid em̄ aliud tot conatib⁹ tot expeditionib⁹ bella bellis serēdo agit q̄ vt nihil post terga, relinquat infestū quo liberior sit ei ad italarū & Germanorū pñiciē additus aduersus quos eo maiori odio inflāmat quo sibi magis metuēdos aduertit. Quū nup̄ idē Ferdinādus nobis p litteras p̄p̄ suū Oratorē humiliter supplicari fecerit vt ei nō minus pro totius Christianę religiōis q̄ sui regni & prouinciarū tutela ac propugnatiōe pecuniarū opē suppeditare & cruciatā ceteraq; remedia a nobis alias sibi promissa cōcedere vellemus. Nos ad cuius officij p̄tinet quo maiora dñico gregi pericula intendūtur eo validiora remedia adhibere necq; pati vt oues fidei nrę cōcreditę immanissimorū luporū rictibus dilanientur, quęcūq; regi Ferdinādo olim polliciti fuimus, ei prōpte alacriterq; p̄

stabilim⁹, vt Catholicę fidei iā labētis & ex suorū regnorū interitu, qđ deus omē auertat penitus ruiturę saluti incolumitatisq; cōsulat & alacriori aīo viribusq; cumulatoribus, p̄vinciā nō minus honorificā q̄ necessariā aduersus sempiternos Christiani noīs hostes suscipiat quos videm⁹ victores insolentesq; Cristianā rēpublicā in extremū periculū & calamitatē cōiecisse, p̄ qua defendēda nō modo oēs nrās fortunas effundere sed corp⁹ telis armisq; ī qđlibet discrimē obr̄cere, nihilq; durū aut arduū fugere debemus. Quū igitur aduertam⁹ q̄ idē rex suis lris nobis insinuauit ad eoveritate nitivt luce meridiana sint magis p̄spicua: habita super his matura deliberatiōe tāto in discrimine in quo vniuersa rēpublica Christiana versat, certū subsidiū ab vniuersis tā secularib⁹, q̄ Ecclesiasticis & religiosīs oīm Ciuitatū terrarū & locorū nobis & sanctę Romanę eccle mediate & immediate subiectorū exigendū p̄soluendūq; de fratrum nrōrū cōsilio imposuim⁹, & sup̄ eius subsidij assignatiōe a nōnullis mercatorib⁹, licet difficulter summā quadragita milliū ducatorū mutuo recepim⁹, & eā summā pro exercitu eiusdē regis, fauēdo & alēdo p̄ lras Cābrj vt moris est trāscribi fecimus nihilq; rex oīm q̄ in nrā sint potestate ad tā sc̄m̄ piū & necessariū opus iuandū & p̄mouendū vllō vnq; tēpore sum⁹ p̄termisuri. Sed quū pecunię p̄ nos trāsmisse ad hęc rē sint satis exiguę nec idoneę ipi regi suppetāt facultates quib⁹ tātū exercitū sub signis instructū & accinctū alere sustetareq; possit, ad xp̄i fidelium exposcēda auxilia necessario ē cōsugiendū vt qđ pro cōi oīm salute & incolumitate gerit cōiope & adminiculo subleuat. Et rex ipse Ferdinād⁹ qui non minus fidei splēdori q̄ suorū regnorū defensiōi studet ab hīs adiutus, q; & diuini cultus obseruātia & religiōis tutela eque cōcernit nō soluz ingruētes hostes procul arcere, sed etiā de eis victis & subiugatis speciosuz triūphū reportare possit, vt q̄ quod oīo proposuit deo p̄picio prosequi, & ad effectū p̄ducere valeat xp̄i fidelium inuocato auxilio q̄ tū in nobis ē iuuare & opari volētes. Auctoritate oīpetētis

A iij



dei cuius vices quis immeriti gerim<sup>9</sup> in terris hortamur re-  
quirim<sup>9</sup> & monem<sup>9</sup> vniuersos xp̄i fideles in germāia supe-  
riori & inferiori ac regnis dñs terris, & locis eidē Ferdinā-  
do regi subiectis, ac cameracen. Leodiē. & bifuntia ciuita-  
tib<sup>9</sup> & diocesib<sup>9</sup> ac Flād. & alijs quibuscūq; locis in quib<sup>9</sup> p̄-  
tes lras de cōsensu dñorū locorū rōdē publicari cōtigerit  
etiā alienigenas & quarūcūq; nationū pro tpe habitates, vt  
eidē Ferdin. regi ad hmōi exercitus aduersus turchas ipos  
manutentionē & si necesse fuerit augmētū cū bonis & plo-  
nis suis pro virib<sup>9</sup> cōtāter assistāt, & illius exēplo qui p̄ na-  
bis e folio cœlesti ad ima descēdere & mortē subire annuit  
tollant in cordib<sup>9</sup> suis crucē suā & illi ex eis dē xp̄i fidelibus  
qui ad hoc idonei existūt bello hmōi se accingāt classe m̄-  
dictā immo veri<sup>9</sup> ip̄m saluatore n̄m sequent, & memores  
verbi ei<sup>9</sup> qui dixit qui vult venire post me abneget semet  
ip̄m & tollat crucē suā & sequat me, cōfidentes in eo qui etiā  
dixit. Ecce vobiscū sū vsq; ad cōsumationē seculi, & qui  
vna nocte p̄ angelū suū. C. lxxxv. milia hoim ex exercitu  
Senacherib interemit, & qui alias ecclesiā suā in magnis pe-  
riculis cōstitutā nō dereliquit neq; pmisit inimicos eius de  
eorū iniquitate glari pro illius nois glā, & eorū dē turcharū  
& infidelū expugnationē mortis periculo se exponere, iux-  
ta p̄fati Ferdinādi regis ordinationem nō formidēt, rece-  
pturi exiñ p̄. nia sc̄licitatis eterne, & vt fideles ipsi eidem  
Ferdinādo regi in p̄secutiōe tā sc̄ti operis eo prōptius assi-  
stere, & ei q̄ poterit auxilia exhibere studeāt quo exiñ ma-  
iora aiagz suaz cōmoda cognouerint adipisci, & eis pro tā  
salubri bono portas paradisi & pennē gloriā cū sc̄tis ap̄lis &  
ḡlōsis martyrib<sup>9</sup> referari vniuersis fidelib<sup>9</sup> eidem qui ad  
bellum cōtra eos dē turchas, cū dicti Ferdinādi regis exer-  
citu hmōi in proprijs p̄sonis se cōtulerint, & p̄ tēp<sup>9</sup> qd̄ rhe-  
saurarū prouētū hmōi sc̄te expeditiōis qui p̄ tpe deputa-  
ti fuerint ordinauerint in illa seu illo. pmiserint cōfisi de ipsi<sup>9</sup>  
oipotēntis dei misericordia, ac beatorū Petri & pauli ap̄lo-  
rum eius auctoritate ac verbi eius qui est via veritas & vi-  
ta ac nobis quā in p̄sonā eius dē beati petri cu<sup>9</sup> pari auctorita

te licet nō parib<sup>9</sup> meritis successores sum<sup>9</sup> dixit. Quācūq; si-  
gaueris sup̄ terrā erit ligatū & in celis, & quācūq; solueris sup̄  
terrā, erit solutū & in celis, ac etiā de ap̄lice potēstatis ple-  
nitudine nobis celitus tradita plenariā oim p̄tōz suoz in-  
dulgentiā & remissionē, quales p̄ p̄decessores n̄ros dari cō-  
suevit p̄ ficiscētib<sup>9</sup> in subsidiū terrē sc̄te & contra p̄fidiss-  
imos turchas, & qualis in anno iubilei p̄ eos dē p̄decessores  
concessa extitit concedimus pariter & donamus, ac eorum  
dē omnū quos in hāc sanctā expeditionē proficisci contin-  
get aīas sanctorū angeloz consortio in cœlestibus & eter-  
na sc̄litate permāsuras, p̄petuo decernimus collocādas,  
Ita vt si forsan designato tēpore & nō exacto ipsorum alia  
quos post q̄ iter pro tā sancti operis p̄secutione arripue-  
rint ex hac luce migrari cōtingat indulgentiā hmōi omni-  
no consequatur. Et si quis etiā alienigena & cuiuscūq; na-  
tōis in regnis & dominijs p̄fati Ferdinādi regis ac alijs  
ciuitatibus & locis supradictis pro tēpore existēs vel in eis  
cohabitās, aut in illis consistens, & ad illa declinās accē cre-  
personaliter quouis respectu nolēs aut nō valēs, aliquē aliū  
sequitem si cōmode poterit sin autem peditem vnde cūq;  
suis expensis, destinauerit qui vice sua cōtra eosdem Tur-  
chas per tempus vt premittitur ordinandū pugnet, volue-  
mus, q̄ tam mittēs q̄ si pauper existeret etiā missus eius dē  
indulgentiē participes existant. Et vt omnis ætas & sexus  
aut cuiuscūq; p̄fessionis hoies huius sancte indulgentiæ  
participes esse possint, volumus etiā q̄ si monasteriorū &  
aliorū religiosorū locorū etiā medicantiū ordinū vtriusq;  
sexus p̄sidentes cōuētus seu p̄sonæ pro singulis decē ex  
eis vnū bellatore iuxta ordinationē p̄dictā miserint ad p̄-  
missam expeditionē & ei stipēdia necessaria ministrauerit  
statuto tēpe vt p̄fertur decē p̄sonę p̄dictæ pro quibus talis  
mitteat, & si paup̄ sit etiā ipse missus, pari indulgentiā & pec-  
catorū remissionē hmōi p̄fruant & si p̄ seculares p̄sonę p̄dica-  
tores quoq; verbi dei p̄fites lras & indulgentias publicantes

& populis predicantes ac missas & alia diuina officia in pntia personarum in eodem exercitu & extra existentium seruientes, & generaliter omnes & singuli utriusque sexus christifideles qui ad hanc sanctam expeditionem thesaurarii perpetuum eiusdem post die publicationis presentium, videlicet sancte romane ecclesie Cardinales patriarchae, archiepiscopi, episcopi decem Ferdinando regi prefato centum principes & filii regum, ac eorundem principum ac filiorum regum uxores decem, Duces autem marchiones, Comites & vicecomitum uxores necnon magistri militiarum quatuordecim, ab eis vero inferiores persone ecclesiasticae & seculares adeo pauperes, & singule singulos mittere nequeant. Conuenientes inuicem hominum numero decem vel maiori prout eorum possibilitas exigat, & mittentes unum bellatorem ut profertur, pro omnibus mittentibus, & etiam missis praefata indulgentia pariformiter potiantur. Et insuper volumus & ordinamus, quod tam ipsi bellatores quam mittentes & si pauperes fuerint missi, quae etiam quibus bellatores ipsi indigere noscuntur, omnes & singuli medici, aromatarii, Cerdo nes Sutores, carnifices, Ferrarii & fabri lignarii, carpentarii, machinarum directores & cuiuslibet artificii in metandis castris oportuni. Artifices, apothecarii & mercatores medicinas, victualia & alia necessaria ad castra hominum deferentes & administrantes & ut deferantur & administrentur auxilium consilium vel fauorem praestantes eorundemque bellatorum obsequiis in exercitu hominum vel extra quolibet ut illi liberi pugnare valeant insistentes, ac quaecumque aliae persone ecclesiasticae & seculares regnorum dominorum ciuitatum diocesum & locorum praedictorum vel in illis etiam si alienigenae & cuiuscumque nationis fuerint habitantes vel ad illa per tempore declinantes, quae si principes & domini de titulo aut Archiepiscopi seu episcopi unum florenum auri de Camera alij vero et medicantur. religiosi et si sine licentia superiorum et iulios seu quantum thesaurario seu thesaurariis pecuniarum & oblationum hominum videbitur persoluerint, seu in truncis aut capsis seu cistis hominum pro prouentibus colligendis deputandis cum effectu in pecunia vel bonis in sanctae expeditionis hominum subsidium iuxta praefati regis ordinationem & non in alios usus conuertendis per se

vel per alium in cathedralibus seu alijs ecclesijs in quibus praesentes litteras publicari contigerit, dumtaxat imposuerint possint habere altere portat ille cum debitis reuerentia & honore super quo in locis ad hoc congruentibus, & honestis etiam non sacris, et ecclesiastico interdito quauis et apostolica auctoritate suppositis, dummodo cum non dederint interdicto, etiam antequam elucescat dies, circa tantum diurnam lucem, in sua & familiarium domesticorum et consanguineorum suorum presentia missas & alia diuina officia per se ipsos si presbiteri fuerint celebrare vel alium seu alios sacerdotes celebrari facere ac tempore interdicti hominum diuinis interesse necnon eucharistiam & alia sacramenta ecclesiastica sine alicuius prauidicio preterquam in die paschalis recipere, et decedentium corpora etiam cum moderata funerali pompa ecclesiastica tradi possint sepulture. Necnon unam vel duas ecclesias, aut duo vel tria altaria ubi ipsos pro tempore residere seu morari contigerit, singulis quadagesimalibus, & alijs anni diebus & temporibus stationum urbis romae quas vel quae personae ipse duxerint eligenda deuote visitando tot & similes indulgentias, & peccatorum remissiones consequantur quas consequentem et consequi possent, si singulis diebus eisdem singulas decem urbis & extra eam ecclesias quae a christifidelibus propter stationes hominum visitari solent personaliter visitaret, & eligere confessorum idoneum presbiterum secularem vel cuiusuis ordinis etiam mendicantium regularem qui eorum confessionibus diligenter auditis per commissis per eos excessibus criminibus & delictis, quatuordecim grauibas & enormibus et omissionibus horarum canonicarum symoniam labe & a censuris & penis a iure vel ab homine quauis occasione vel causa est in casibus sedi apostolice reseruatis, etiam si per aliquas alias nostras litteras in similibus facultatibus decreuimus, non includi conspersionem contra Romanum pontificem & sedem praedictam, iniectionum manuum violentarum in episcopos vel alios superiores prelatos & alios interficientes ac mutilantes in sacris ordinibus constitutos a cuiuscumque alterius homicidii voluntarii falsitatis litterarum apostolicarum supplicationum & commissionum ac per se vel alium seu alios quascumque personas ecclesiasticas vel seculares ad Romanam curiam per causas negotiorum & rebus quibuslibet recurreres illaque in eadem curia prosequentes aut negociantes negotiorum gestores aduocatos vel procu

ratores causarū, auditores & iudices sup dictis causis et nego-  
cijs deputatos occasiōe causarū vel negociorū hmōi mutilare  
occidere, vel alias res verberare aut bonis spoliare, ne uel  
& mādatis ap̄ficis legationū ac nuntiorū iudicū & delegato-  
rū sedis eiusdē grām & iusticiā cōcernentib⁹ decretisq; super  
illis & re iudicata p̄cessib⁹ executorialib⁹ nō habito priō eorū  
bñplacito et assensu pareatur, ne uel tabelliones, & notarij sup  
hmōi lris processuū & executorialiū instrumēta seu acta cōfi-  
ciāt aut cōfecta parti cui⁹ interest tradant prohibere statuere  
seu mandare a nra quoq; & pro tpe existentis romani pōtifi-  
cis obedientia p̄tinaciter se subtrahere seu quōlibet recedere  
nec non iurisdictiones seu fructus ad ecclesiasticas personas per-  
tinētes vsurpare vel rapere aut p̄ se vel per aliū seu alias dire-  
cte vel indirecte p̄dicta fieri procurantiū, & ad ea seu eorū ali-  
quod consiliū auxiliū, v̄ fauorē p̄stantiū ecclesiasticā liber-  
tatē quōlibet violantiū p̄sentīū litterarū publicationē & ex-  
ecutionē aut expeditionē huiusmodi fieri, & ad expugnatio-  
nē eorundē infidelīū venire volentes impediētiū & propo-  
nentes seu inclinatos ad cōsequendā indulgentiā & facultatē  
eligendi confessorē hmōi persuasiōe verbo vel signo ab hu-  
iusmodi eorū proposito & iclinatione r̄trahētiū aut de emo-  
lumētis eiusdē expeditionis aliquid subtrahētiū vel fraudatiū  
crimib⁹ solūmō exceptis semel in vita & in alijs dictē sedi nō  
reseruatis casibus toties quoties id petierint eis de absolutio-  
nis bñficio prouidere nec nō oīm p̄ctōrū suorū de quib⁹ corde  
cōtriti & ore cōfessi fuerint, semel in vita et in mortis articulo  
plenariā remissionē ip̄is in sinceritate fidei vnitatis sc̄te roma-  
nē ecc̄e ac obediētia & deuotiōe nra & successorū nrorū Ro-  
manorū pōtificū canonicē intratiū p̄sistētib⁹ imp̄dere, & pe-  
nitentiā salutarē iniūgere ac emissa p̄ eos vota quēcūq; visitati-  
onis liminū eorū dē ap̄p̄oz petri et pauli, vltra mariū & sc̄ti  
iacobi in Cōpostella ac sc̄te marię de Loreto, religiōisq; & ca-  
stitatis votis dūtaxat exceptis in hmōi sanctā expeditionem  
cōmutare valeāt. Ita q; si iminēte necessitate et infirmitate p̄-  
pter piculū mortis absoluāt et demū mortis piculū euaserit  
sp̄ plenaria remissio hmōi eis ad verū mortis articulū refer-

ret etiā si id multoties occurrerit et si forsan cōtingat p̄sonas  
p̄dictas s̄n cōfessione decedere, dūmō aliqua signa cōtritiōis  
an̄ obitū eorū in eis apparuerint vel morte rep̄tia ab hac luce  
subtracti fuerit etiā plenariā remissionē et absolutionē hmōi  
cōsequatur, q; etiā ad p̄ctā q; alias alijs sacerdotib⁹ integre con-  
fessi fuerāt extēdant, sic tñ q; idē cōfessor de eis de quib⁹ fue-  
rit alteri satisfactio impendēda tā cōfitei p̄ eū si supuixerit  
vel p̄ heredes suos si forte tūc trāsierit faciendā iniūgat quā  
ip̄i vel illi vt preferē facere teneant, Et ne propter alias indul-  
gentias. In hoc sc̄to opere tardiores xp̄i fideles existāt, omēs  
similes & dissimiles indulgētias, & facultates a nobis & eadē  
sede vel ei⁹ auctoritate quibuscūq; ecc̄is, monasterijs hospi-  
talib⁹ & p̄ris locis vniuersitatib⁹ cōfraternitatib⁹ & singulari-  
bus p̄sonis plenarias tēporales & p̄petuas in vita vel mortis  
articulo in regnis dñis, ciuitatib⁹, & locis p̄dictis. In quib⁹ p̄nti-  
tes lras publicari cōtingerit vt preferē concessas, pro hmōi ex-  
peditiōe dūtaxat ad tēpus quo publicatio p̄ntiū lrarum dura-  
bit duratura suspēdim⁹ ita q; ille etiā si clausulas aliquas cōtra  
futurā earū suspensionē in se continerēt quarū tenores & for-  
mas ac si de verbo ad verbū insererent p̄ntibus haberi volu-  
mus, p̄ expressis nemini interim suffragent, & sub excōicati-  
onis latē sententię p̄cena, hmōi indulgētia durante tempore  
publicationis hmōi publicari & p̄dicari & earū p̄textu  
queuis pia suffragia postulari nequeāt, volum⁹ insup & dētā  
auctoritate concedim⁹ q; corpora oīm & singulorū ad bellū  
hmōi accedentiū & mittentiū pro tempore decedentiū etiā  
si sine confessione si signa contritionis apparuerint in eis ad-  
huc uiuentib⁹ decesserint etiā sc̄te ecc̄e interdicto pos-  
sint in ecc̄is siue cimiterijs, sine tñ solita pōpa sepeliri, lice-  
at quoq; oībus Ep̄iscopis & superioribus reliq; siue personis  
Ecc̄asticis etiā religiosis, inferiorib⁹ ab eisdē s̄n ip̄orū Ep̄orū  
& aliorū superiorū licentia, etiā si p̄laturę fungant officio  
capitali collegij siue cōuentus sui ad id tamē accedente cōsen-  
su in expeditionē ip̄am sine alicuius irregularitatis incurfu p̄-  
ficisci & permanere ac consulere & adhortari ad pugnā, dū-  
modo manus non conserant. Et si ibidē sic p̄māserint fruct⁹

Bj

redditus & prouetus, mēsarū ecclesiarū & monasteriorū alio  
rūq; bñficiarū ecclesiasticorū quorūlibet cū cura & sine cura  
etiā si canonicat⁹ & p̄bendę dignitates p̄sonat⁹ administratio  
nes vel officia in cathedralib⁹, etiā metropolitanis post p̄tū  
ficales maiores seu Collegiatis eccl̄ijs hm̄oi principales fue  
rint, & ad illos illas vel illa cōsueuerint qui p̄ electionē assumi  
eisc̄ cura imminēat aīarū, quę interim in regnis dñ̄ijs Ciuita  
tib⁹, dioceſib⁹, & alijs locis supradictis obtinebūt cū ea itegri  
tate quotidianis distributionib⁹ dū taxat acceptis, libere peri  
pere cū qua illos p̄ciperēt si in eisdē eccl̄ijs siue locis p̄sonali  
ter residerēt, & ad residendū interim in eisdē minime teneā  
tur neq; ad id a quoq; inuiti cōpelli possint, ac in castris territo  
rijs, vel alijs locis exercitus, hm̄oi idoneis prout meli⁹ & ho  
nestius haberi poterūt p̄terq; super mari missas & alia diuina  
officia etiā ante q̄ illucescat dies prout negociorū ingruentiū  
oportunitas id exigerit celebrare, ita q̄ id eis ad culpā neqat  
imputari ac eucharistiā aliāq; ecclesiastica sacramēta, oibus &  
singulis indiēta expeditiōe de gentib⁹ & ad illā accedentibus  
quocūq; tpe etiā in festo resurrectiōis dñ̄icę ministrare vale  
ant, & qđ tā eccl̄asticę q̄ regulares p̄sonę dū in eodē bello oc  
cupati fuerint, si cōmode id facere rō poterint ad obseruati  
onē quorūcūq; ieiuniorū, & recitationē officiorū ad quę tenē  
tur ex voto vel professiōe aut p̄cepto eccl̄isę sint penit⁹, ex  
cusati. Et qm̄ ea q̄ pereūt tpe etiā festiuis dieb⁹ iuxta Canoni  
cas sanctiōes p̄fici possint, & nihil sit magis necessariū in bell  
lo, quā t̄pis oportunitas, q̄ quibuscūq; dieb⁹ dñ̄icis & festiuis  
gentes armorū & oēs alię personę supradictę ad dictā sc̄am  
expeditionē euntes, & in illa existētes in reb⁹ cōcernentib⁹ di  
ctū bellū circa p̄missa & alia ad hec necessaria, & oportuna  
intendere & vacare, & in ordinatiōib⁹ circa ea faciendis inter  
esse, & desup quę eis videbūtur consulere et hortari libere et  
licite valeāt dicta auctoritate indulgemus. Præterea qm̄ ad  
tā grandis exercitus manutentionē in eorū dē turcharū & in  
fidelīū expugnationē magna expedit subire onera expensa  
rū masse prouentuū expeditiōis eiusdē quocūq; legari & ali  
as, quōlibet & hereditatis titulo & p̄ male ablatos restitutio

ne relicta hætenus & quę legari vel relinqui cōtinget in futu  
rū in quibuscūq; testamētis donatōis causa mortis codicillis  
aut alijs vltimis volūtatib⁹, p̄ quoscūq; & vbiq; in regnis &  
dominijs hm̄oi facta, & q̄ interi fūt quibuscūq; incertis eccl̄e  
sijs & p̄ijs locis ac p̄sonis similiter incertis vel absentib⁹ taliter  
q̄ propter eorū absentiam merito de eis memoria haberi non  
possit ac etiā ea q̄ alias restitutioni subiacerēt, sed in eis v̄ ad  
ea p̄sonis quib⁹ illa fieri deberet repetitio nō cōpetit, nec non  
quęcūq; in testamētis donatiōib⁹, codicillis & alijs vltimis vo  
lūtatib⁹ relicta pro redēptiōe captiuorū etiā si beatę marię de  
Mercede, & sc̄te Trinitatis redemptiōis eorundem capti  
uorū ordinib⁹ relicta fuerint, & quintā partē hereditatū & bo  
norū decedentiū ab intestato clericorū & laicorū in regnis &  
dñ̄ijs, ac ciuitatib⁹ & dioceſib⁹ & alijs locis p̄dictis dicta au  
thoritate applicam⁹. Et vt expeditio hm̄oi tanto maiore fru  
ctū reddere possit quāto in dictis regnis, dñ̄ijs Ciuitatibus &  
locis p̄dictis oēs dissentiōes cessauerint ac pax & cōcordia  
vigerit vniuersos x̄p̄fideles regnorū & dñ̄iorū p̄dictorū  
incolas & habitatores dñ̄os duces Principes, comites, barōes  
ac cuiuscūq; alterius p̄minentię dignitatis & excellētis fue  
rint p̄ viscera mię eiusdē dñ̄i nr̄i Ihu x̄pi & p̄ acerbissimā ei⁹  
passionē quā immaculatus, & innocens Agn⁹ vt nos miseros  
p̄ctores ab æterna morte redimeret dignat⁹ est pati p̄ iudiciū  
extremū in quo añ eius tribunal cōstitut⁹ quisq; secundū opa  
sua mercedē suscipiet, & per spē vitę eternę quā repromisit  
deus diligentib⁹ se, harū ferie enixe monem⁹ atq; requirim⁹,  
eis nihilominus in virtute sc̄te obediētis districtę p̄cipiēdo  
mādantes vt mutuā inter se charitatē atq; pacē & concordiam  
vel saltē tpe quo expeditio p̄dicta durabit, treugas, induci  
as, seu belli morā quas tenore p̄ntiū auctoritate omnipotētis  
dei ac pro securitate tā sanctę & laudabilis expeditionis nos  
mandam⁹ ac p̄ vniuersa regna, & dñ̄ia, ipsius Ferdinandi re  
gis inter incolas & habitatores illorū seruari volum⁹, obser  
uent arma deponāt, & priuatarū iniuriarū ac offensionū obli  
ti Christi redēptoris nr̄i iniurias, offer. siōes, & obprobria v̄ la  
escantur, & hostes Christianorū oīm sanguinē sitientium, &

euangelicā legē delere conantiū arma sumāt, nec dicta expedi-  
tione durare quouis quæsito colore directe vel indirecte pa-  
lam vel occulte se offendāt, aut offendētib⁹ p̄sent auxiliū, cō-  
siliū, vel fauorē. Nos em̄ oēs & singulos quos arma sumere,  
& indictas per nos auctoritate oīpotentis dei inducias hm̄oi  
violare, & n̄ris mādato monitiōi & requisitioni cōtrauenire  
contigerit excōicatiōis sententiā a qua non nisi a nobis & suc-  
cessorib⁹ n̄ris romanis p̄tificib⁹ canonice intrātibus p̄terq̄ in  
mortis articulo cōstituti & debita satisfactiōe p̄missa absolu-  
possent incurrere volum⁹ eo ipso Et vt p̄ntes lr̄e oīb⁹ plenē  
innotescāt & ex eis fructus pueniāt in hu⁹ sc̄te expeditionis fa-  
uorē quos speram⁹ de probitate fide itegritate & solertia ve-  
nerabilis fratris n̄ri Vincētij archiepi Rossan̄. specialē in do-  
mino fiducia gerētes ip̄; cōmissariū ac obuētionū hm̄oi the-  
saurariū, receptorē, & collectorē, & ad disponendū de obuē-  
tiōib⁹ ip̄is iuxta p̄fati Ferdi. regis ordinationē p̄dictā i hm̄oi  
sc̄te expeditionis opus faciēdis & cōuertēdis dūtaxat ad annū  
quo oīb⁹ & singulis facultatib⁹ infra scriptis dūtaxat vti pos-  
sit cōstituim⁹, & deputam⁹, eiq̄ per se vel aliū seu alios quib⁹  
vices suas sup̄ p̄missis duxerit cōmittēdas, idoneos verbi dei  
p̄dicatores clericos seculares aut cuiusuis ordis etiā mendicā-  
tiū & obseruantie regulares religiosos deū timentes & huic  
negocio fidei affectos In nūero de quo eis videbit̄ assumendi  
& deputādi, & assumptos amouēdi, & alios eorū loco quoti-  
es eis videbit̄ surrogādi, eiq̄ & cuilibet eorū in virtute sancte  
obediētie, & sub excōitiōis late sentētie p̄cna, etiā nulla supe-  
riorū suorū pro tpe electorū p̄dictorū licētia requisita inuē-  
gendi, vt cōcessionē hm̄oi indulgentiarū & facultatū eligen-  
di cōfessorē ceteraq̄ in p̄ntibus cōtenta in quib⁹ locis regnorū  
& dominiorū Ciuitatū diocesum & aliorum locorū p̄di-  
ctorū dū & quoties eidem Vincentio Archiep̄o & ab eo sub-  
stituendis, quibus etiā alios substituendi licētia cōcedere pos-  
sit, placebit populis, fideliter publicent p̄dicēt & declarent  
ac eos ad contribuendū huic sancto operi inducant & exhor-  
tentur. Necnon super male ablati incertis & p̄ vsurariā pra-  
uitatem quæsitis etiā certis quæ fœnerator ab alio fœnerato/

re extorserit, & ipse requisitus ab eo cui vsure restitui debe-  
rent eas illi restituere paratus non fuerit vel alicui priuatæ ec-  
clesiæ in quib⁹ p̄fata romana ecclesia, de iure cōmuni succederē  
possit non tñ bonis & virib⁹ quolibet sedi seu camerę aposto-  
lice debitis, & etiā bonis quæ ad aliquorū manus puenerint &  
illa habētes cui restitui debeāt ignorent vel dubitent quāquā  
male ablata per eos non existāt sed alias ad eos illa puenerint  
& super debitis incertis personis cōponendi ita vt soluta ali-  
qua qualitate pro hac sancta expeditione a reliquorū male ab-  
latorū incertorū v̄l p̄ vsurariā prauitatē extortorū seu que  
ad eos alias peruenerint & cui ea restitui debeāt ignorāt vel  
dubitāt vt p̄fertur, restitutione absoluti existāt, & aliquid v̄l  
tra restituere minime teneant, nec ad id p̄ locorū ordinarios,  
aut quouis alios cogi & compelli possint eis concedēdi simo-  
nie labe in ordib⁹, vel b̄nficis pollutos ad ip̄am expeditionē  
retribuētes a simonia hm̄oi, & quoscūq̄ qui añ etatē legitti-  
mā ad sacros & p̄sbyteratus ordines absq̄ applica dispensa-  
tione se pmoueri fecerint & in susceptis ordinibus etiā mini-  
strauerint ac censuris & p̄cnis ecclesiasticis quas propterea in-  
currerint absoluedi etiā in foro consciētie dūtaxat, & super  
irregularitate si quā cēsuris & p̄cnis eisdem ligati. Missas &  
alia diuina officia nō tñ i cōtēptū clauū celebrādo aut alias, illis  
se immiscēdo seu alias quolibet p̄ter q̄ ratiōe homicidij volū-  
tarij & bigamię contraxerit dispensandi oēm̄q̄ inhabilitatis  
& infamię maculā exinde proueniētē abolēdi, & vt in susce-  
ptis ordinib⁹ ministrare & sic quæsitā b̄nficia ecclesiastica q̄ tūc  
denouo eis collata censeant, & vt ex eis p̄ceptos fruct⁹, ac  
alia canonicę assequēda retinere valeāt eis similiter Concedē-  
di etiā in foro consciētie dūtaxat, & sup̄ illis ac quibusuis alijs  
etiā ex quauis alia causā male perceptis pari modo prout su-  
pra de male ablati incertis, vel per vsurariā prauitatē quæsi-  
tis vt p̄missum est componēdi, & quoscūq̄ qui ex illicita p̄-  
ueniente affinitate & cōsanguitate ac cognatione carnali vel  
sp̄iali simplici aut m̄ultiplici gradu seu alias quolibet cōiūcti  
matrimonij inuicē scienter vel ignoranter in quouis p̄ter q̄  
in primo, & secundo cōsanguinitatis & affinitatis trāuersalis





cuiuscūq; ascendētis vel descēdentis lineę gradib' cōtraxerit  
& si illud carnali copula cōsummauerint si impedimētū ipm  
in iudiciū deductū non fuerit vel ex eo scandalū generari nō  
possit, ab excessu hmōi & excōicationis sentētia quā propte  
rea incurrerint iniuncta inde eis pro modo culpę penitētia sa  
lutari quę ad opus expeditiōis hmōi dirigatur, et q̄ de cæte  
ro talia nō cōmittant, nec ea cōmittentib' p̄tent auxiliū, consi  
fiū, & fauorē, & alijs qua de re fuerint iniungenda absoluedi,  
& vt in sic cōtractis matrimonijs remanere seu secrete de no  
uo matrimoniū contrahere & in illo sic cōtracto sifr remane  
re libere & licite valeant, Prolē ex hmōi matrimonio susce  
ptā, si qua sit & suscipiendā legitimā decernendo etiā dispē  
sandi sifr in foro cōscientiæ dūtaxat, volētib' quoq; quascūq;  
alias indulgentias p̄ nos vt præfertur suspensas predicare &  
publicare aut illis q̄ ōlibet vti ne illas publicēt & prædicēt aut  
eis vtant dicta suspensiōe durante sub penis censuris & sentē  
tijs ecclesiasticis ihibendi & ad id etiā alias cōpellendi & tam  
ip̄os si inhibitioni hmōi nō paruerint quā generaliter cōtradi  
ctores quoslibet & rebelles ac etiā ab eis pro tpe surrogatos  
Cōmissarios ad verā p̄ eos de r̄ceptis rationē reddēdā & de  
bitā satisfactiōē faciendā ac executores testamētōꝝ & testa  
torū heredes tabellionesq; exinde rogatos ac alias personas  
quascūq; penes quas Testamenta vel codicilla aut alię ad id p̄  
tinētes scripturę existāt ad illa exhibendū cū eis p̄ censurā ec  
clesiasticā & alia iuris oportūa remedia inuocato etiā ad hoc  
auxilio brachijs secularis. Cōpescēdi, & gñaliter oīa & singula  
in p̄missis, & circa ea necessaria seu quōlibet oportuna, faci  
endi, gerendi, exequendi, & exercendi plenā liberā & oīmo  
dam dicta auctoritate tenore p̄ntiū concedimus facultatē ha  
bituri ratas & gratas censuras, & p̄enas quas præfat' Vincen  
tius Archiep̄s Thesaurarius & cōmissarius, ac ab eo deputa  
ti & ab eisdē deputatis sublegati rite statuerint in rebelles &  
facturi illas auctore dñō vsq; ad satisfactiōē condignā inuio  
labiliter obseruari. Et generaliter quicquid per archiep̄m ad  
deputatos ab eo, et ab ip̄is deputatis sub delegatos in præmiss  
is fuerit ordinatū decernētes q̄ Vincentius archiep̄s p̄fatus